

Reliqua pars hujus capituli habetur in c. contigit, inf. de dolo & contum.

IX. IDEM Pifano Archiepifcopo. [c. an. 1214. Româ in Tufciam.]

Per tuas literas intimasti, quod cum super executione arbitrii, quod inter Hospitalarios sancti Joannis, & Plebanum de Pifcia...

Cap. 2. eod. tit. in IV. Compil. Pifa. Albucii. In aliquot exemplaribus, quod licet ad causam tractandam procurator suo dederit generale mandatum, &c. quæ lectio planior est. Janien.

X. HONORIUS III. Archiepifcopo Coloniensi. [c. an. 1220. Româ in Germaniam.]

Si per duos electos ad eandem Prelaturam in discordia compromittitur in ordinariis, morte alterius compromittentium expirat compromissum: Ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit super jure superstitis, antequam fiat transitus ad aliam electionem. H. d.

EX parte tua nostris est auribus intimatum, quod vacante Prepositura sancti Cuneberti in Colonia Canonici ejusdem Ecclesie vota sua diverferunt in duos, videlicet H. de Juliano & C. de Lombardia...

Umberti. al. Caliberti. Villiaco. Barbaria. Vide l. diem proferre, §. 1. sed interpellatur, §. eod.

Pifcia. Cuneberti. Cuniberti, Humiberti. H. de Juliano. Hermannus. C. de Lombardia. Conradum de Lombardia.

XI. IDEM Electo & Abbati sancti Zenonis & C. Canonico Veronensi. [c. an. 1220. Abbat. Româ in Dalmatiam.]

Arbiter post rem judicatam discordiis novis assumptis, non potest per suum arbitrium sententiam immutare, etiamsi de componendo inter partes mandatum accepit a Papa.

EXposita nobis Felreni & Belien. Electi petitio continebat, quod cum causa, quæ inter antecessorem suum ex parte una, & cives Tervifinos ex altera, super districtu & rebus aliis vertebatur, per sententiam Hofien. Epifcopi tunc Apo. Sed. Leg. fuerit terminata...

Qui veniens contra eandem sententiam auct. Ap. confirmatam super rebus judicatis ab eodem Legato adversus predictas Ecclesias equitate postposita iniquum arbitrium promulgavit.

XII. GREGORIUS IX. Decano & Magistro P. Canonico S. Petri Atrebatensis diocesis. [c. an. 1230. Româ in Arsefiam.]

Non valet compromissum factum in duos sive plures, hoc adjecto, ut in casu discordie eligatur tertius per eosdem vel alios. Hoc dicit.

Notuit nobis Guilelmo Laico conquerente, quod cum O. Laicus ipsum super quadam summa pecunie coram iudicibus autoritate Apollolica convenisset, tandem fuit a partibus in duos Arbitros compromissum, licet tamen quod si illi duo adinvicem discordarent, tertium adderet Judices nominati, retenta penes te compellendi partes ad observandum arbitrium per dictos Arbitros promulgandum nihilominus potestate.

XIII. IDEM Abbatissæ & Conventui Jotren. [c. an. 1230. Româ in Galliam.]

Valet compromissum factum in unum vel in plures, ut ipsi per se causam definiant, vel per alios quos ipsi elegerint. Hoc dicit secundum intellectum, quem tenuit glo. hic: & Innocentius in capite precedenti, qui placet mihi. Panor.

Um a nobis petitur: Et infra. Ex parte vestra fuit propositum, quod olim inter vos & Senon. Archiepifcopum quaestione libertate super eo quod idem Archiepifcopus afferens monasterium vestrum Metropolitanico jure sibi subesse, procuraciones & res alias exigebat a vobis. Tandem in V. sancti Angeli Diacon. Cardin. tunc Apollolice Sedis Legatum, a partibus concorditer compromissum, & promissum sub certa pena quod arbitrio seu ordinationi ejusdem, vel duorum mediatorum, quos idem super hoc deputaret, præcisè parerent: magister P. Capellanus noster, & I. Archidiaconus Senon. mediatores ab eodem super hoc deputati Legato, ordinando & definiendo causam hujusmodi terminaverunt.

XIV. IDEM. [Roma.]

Compromissum ante sententiam latam finitur morte alterius compromittentium, tunc non transit in heredes compromittentium, nisi de eis sit cautum in compromisso. Hoc dicit, comprehendendo mentem capituli.

Compromissum non extenditur in compromittentis heredes, si de ipsis non caveatur ibidem.

Vide l. certarius, c. de contrah. & committ. si-pul.

LIBER SECUNDUS.

DE JUDICIIS.

TITULUS I.

I. EX CONCILIO AFRICANO. [c. an. 402.]

C. 54. Refert Burch. l. 1. decret. c. 181. & Ivo, p. 5. cap. 297.

Contumax in non comparendo, vel non respondendo, excommunicari potest: beneficio autem privari non debet. Hoc dicit Abbas Siculus.

Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. Quoniam, & rectius, c. de.

Quodvultdeo Centuriensi Epifcopo, quem cum adversarius ipsius cum petisset ad Concilium introduci, interrogatus, an cum eo vellet perire: primo id promiserat, & altera die respondit hoc sibi non placere, atque discessit.

Hinc videtur inferri quod ad valorem citationis oportet quod fiat auctoritate iudicis ad instantiam partis. I. ad premissorum, & ibi Bart. D. eod. tit.

Placuit ut nullus eidem communicet, donec satisfactione præmissa fuerit absolutus. Nam adimi sibi Epifcopatum ante causæ ejus exitum nulli potest de jure videri. PITH. Africanus. Milevitano. I. Vide tom. 1. Concil. pag. 554. Nam, &c. Ex Epist. 2. Felicis ad Gallos Epifcopos tom. 1. Concil. pag. 269.

II. EX SYNODO EUGENII PAPÆ III. [c. an. 1143. in Gallia.]

Cap. 5. eod. tit. in 1. Compil. Et post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 47. tit. de jur. patron.

Laici Ecclesiastica negotia tractare non debent, sed Prelatorum iudicio disponunt. Hoc dicit Abbas.

Quodvultdeo. Gausa ejus qualem potuerit terminum sumat. Et. Archidiaconi in 1. Compil.

Decernimus, ut Laici Ecclesiastica tractare negotia non præsumant. Sed Epifcopi, Abbates, Archiepifcopi & alii Ecclesiarum Prælati de negotiis Ecclesiasticis maxime de illis, quæ spiritalia esse noscuntur Laicorum iudicio non disponant. Nec propter eorum prohibitionem, Ecclesiasticam dimittant justitiam exercere. PITH. Synodo, &c. Remis habita. c. 4. & c. 2. eod. tit. in 1. Compilatione.

III. ALEXANDER III. illustri Regi Anglorum. [c. an. 1180. Româ in Angliam.]

Cap. 5. eod. tit. in 1. Compil. Lat. sub Alex. III. p. 47. tit. de jur. patron.

Causa juris patronatus spectat ad iudicium Ecclesie. Hoc dicit specificè & ad literam.

Cap. 5. eod. tit. in 1. Compil. Et post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 47. tit. de jur. patron.

Quanto divina gratia: Et infra. Causa verò juris patronatus ita conjuncta est, & connexa spiritalibus causis: quod non nisi Ecclesiastico iudicio valeat definiti. PITH. Definitio. Vide cap. relatum, infra, de Jur. Patron. Matth. Paris pag. 134. & 680. Vide Historiam S. Thomæ Cantuariensis Archiepifcopi. Malinesberg. pag. 93. & cap. 19. de Jur. Patronat. in 1. Collect.

IV. IDEM Salernitano Archiepifcopo. [c. an. 1180. Româ in Campaniam.]

Cap. 6. eod. tit. in 1. Compil. Post Conc. Later. p. 26. c. 4.

Clericum convictum vel confessum de crimine coram iudice seculari, ex eo non punit Epifcopus: sed coram se convictum vel confessum, punit poenâ debitâ, nisi cum illo disperserit, quod potest in adulterio & minoribus: depositum vero non statim tradit curiæ seculari. Hoc dicit usque ad finem Abbas Siculus.

Cap. 6. eod. tit. in 1. Compil. Later. p. 26. c. 4.

ET si Clerici coram seculari iudice convicti fuerint vel confessi de crimine, non sunt propter hoc a suo Epifcopo aliquatenus condemnandi. Sicut enim sententia a non suo iudice lata non tenet, & ita facta confessio coram ipso. Si verò coram Epifcopo de criminibus in jure confessi sunt; seu legitima probatione convicti: dummodo sint talia crimina propter quæ suspendi debeant vel deponi, non immerito suspendendi sunt a suis ordinibus, vel ab altaris ministerio perpetuò revocandi.

Cap. 6. eod. tit. in 1. Compil. Later. p. 26. c. 4.

Summatus est iste §. supra in prin. c. tamen quia habet materiam separatam & notabilem, ideo dicit aliter: In adulterio & minoribus potest cum Clericis peracta poenitentia Epifcopus dispensare: depositum autem pro suis excessibus non tradit indifferenter curiæ seculari. Hoc dicit Abbas Siculus.

Cap. 6. eod. tit. in 1. Compil. Later. p. 26. c. 4.

Salernitano. Falcond. pag. 139. Hoc capitulum pars est capituli licet præter solitum, in 1. Collect. eod. tit. & tit. de Collationib. cap. 10. Catal. pag. 367. de Alexandro III. Seculari iudice. Matth. Paris pag. 1179.

Bernard. in præd. crimin.

De adulteriis verò & aliis criminibus, quæ sunt minorata, potest Epifcopus cum Clericis post peractam poenitentiam dispensare. Sed non debet quolibet depositum pro suis excessibus (cum suo sit functus officio, nec duplici debeat ipsum contritione conterere) iudici tradere seculari.

Cap. 6. eod. tit. in 1. Compil. Later. p. 26. c. 4.

De adulteriis, &c. l. probrum. ff. de verbor. signific. can. quid in omnibus, 32. quest. 7. l. 7. Cod.

Theodos. de indulgent. crimin. Ulpianus lib. 1. tit. de Dono cap. 7. inf. de crim. falsi. cap. excommunicatum, de heretic. & cap. novimus, 27. de verbor. significat.

V. IDEM. [Roma.]

Vasallus coram domino feudi conveniendus est, etiam si i. eidem Sacerdoti possit suam justitiam consequi: aliàs loci Ordinarius poterit adiri, & secundum hoc est casus not.

Alterum, quia in eos, quos ab Ecclesia tua constat possessiones tenere in feudum, occasione ipsarum excommunicationis seu interdicti sententia promulgatur. Nos id districtius inhibemus. Quando parati fuerint super his in tua presentia justitiam exhibere.

PITH. Idem. Tornacensi Epifcopo. Constat. Matth. Paris pag. 177. Promulgatur. Ab Epifcopo in cuius Diocesi habitat, coram quo de illis feudis respondere volebant. Cujus ut Domini de feudi controversia inter Vasallos cognitio est. s. ult. de feud. non alienand.

VI. IDEM Exonen. Epifcopo, & Capitulo Decano in Angliam. [c. an. 1160. Româ in Angliam.]

Nomen actionis in libello exprimere pars non cogitur, debet tamen factum ita clarè proponere, ut ex eo jus agendi colligatur. Hoc dicit quoad intellectum Abbas.

Dilecti filii Prior & Clerici de Guiseburnen contra Eboracen. Archiepifcopum Apoll. Sed. Leg. gravem querimoniam transmiserunt: Et infra. Provideatis attentius, ne ita subtiliter, sicut a multis fieri solet, cujusmodi actio intentetur inquiratis, sed simpliciter & pure factum ipsum, & rei veritatem, secundum formam Canonum & sanctorum Patrum instituta, investigare curetis.

PITH. Capitulo. Archidiacono. Guiseburnen. Gisebur. Provideatis, &c. l. 3. C. de Edend. l. ult. C. de Interdict. Novell. Valentin. de Epifcop. Judic. Theophil. tit. de Excessibus.

VII. IDEM Paduano Epifcopo. [c. an. 1160. Româ in Lombardiam.]

Excommunicatus in iudicio, nisi tanquam veus stare non potest.

Intelleximus: Et infra. Quia postulasti a nobis utrum excommunicatus in iudicio stare possit. Respondemus quod conveniri potest: & debet per alium respondere in iudicio: Ne videatur de sua malicia commodum reportare.

Ex literis tuis quod cum filia cujusdam nobilis viri Parochiani tui, cum quodam viro matrimonium contraxisset, comperito postea quod idem vir pro nece bo. me. Vincentini Epifcopi vinculo tenebatur excommunicationis astrictus, in tua proposuit presentia quaestione. Unde Intelleximus, &c. Ex cap. ult. de appellat. in 1. Collect.

VIII. LUCIUS III. Strigoni Archiepifcopo. [c. an. 1160. Româ in Hungariam.]

Clericus de omni crimine debet coram Ecclesiastico iudice conveniri, nec valet consuetudo contraria.

Clerici: Et infra. Cum Imperator dicat quod leges non designantur sacros Canones imitari, in quibus generaliter traditur, ut de omni crimine Clericus debeat coram Ecclesiastico iudice conveniri: Non debet in hac parte Canonibus ex aliqua consuetudine præjudicium generari.

Verò maxime in criminalibus causis in nullo casu possunt ab aliquo quam ab Ecclesiastico iudice condemnari, etiam si consuetudo Regia habeat ut iures a iudicibus secularibus iudicentur. PITH. Lucius III. &c. Cap. ad Apollolicæ, 20. inf. de decim. Matth. Paris pag. 177. Imperator dicat. Novel. 5. Generaliter. Novel. 83. Canonibus. Can. si quis. 11. quest. 1. Consuetudo Regia. Quia crimen est privilegiatum.

IX. CLEMENS III. [c. an. 1189. Româ.]

Judex ex officio providere debet, ut debita solennitates serventur in iudiciis, quibus omni iudicium redditur frustratorium. Hoc dicit Abbas Siculus.

Ausam, quæ vertitur inter fratres Dulmen. Monasterii, & Monachos sancti Albani: Et infra.

C. 2. eod. tit. in 11. Compil. Dimolent. Albini.